Lettres du Roy Charles

Par lesquelles il Confirme d'autres Lettres des Roys ses prædecesseurs et de humbert Dauphin de Vienne Contenant les priuileges octroyez aux ouuriers et Monoyers du serment de l'Empire.

En Auril 1485.

Karolus Dei Gratia francorum Rex Dalphinus Viennensis Comes Valentinensis et Dyensis notum facimus uniuersis præsentibus et futuris nos deffuncti Carissimi Domini et aui nostri Caroli quondam Regis Franciæ

Tresor Reg. 56. non fotte.

hujus nominis septimi tunc Delphini Viennensis. Litteras videre formam quæ sequitur continentes:

Karolus Regis Francorum filius Dalphinus Viennensis &c.ª

Ludovicus Regis Francorum primogenitus, Dux Aquitaniæ et Delphinus Viennensis &c.ª

Karolus Dei gratia Francorum Rex et Dalphinus Viennensis &c.ª

Henricus De Villars

Archiepiscopus et Comes Lugdunensis locum tenens illustrissimi Principis ac Domini Karoli Francorum Regis primogeniti Dalphini Viennensis universis et singulis Baillivis judicibus Procuratoribus et ceteris officialibus Dalphinatûs modernis et futuris ad quos presentes pervenerint vel eorum loca tenentibus salutem.

Litteras quardam sanas et integras non viciatas non abrasas nec in aliqua parte corruptas emanatas olim ab illustri principe Domino Humberto Dalphino Viennensi nunc

Patriarcha Alexandrino, ejusque
sigillo imprendenti sigillatas nobis
praesentatas per Petrum Fabri prae-
positum Monetae Viennensis et
Hugonem Doreni monetarios de
juramento imperii nominibus suis
et aliorum omnium et singulorum
monetariorum operariorum, et alia-
rum personarum monetarum de
dicto juramento imperii quos tangum
et tangere possum privilegia Con-
tenta in ipsis Litteris nos vidisse et
diligenter inspexisse ac vidisse et
legisse de verbo ad verbum noveritis
quarum tenor sequitur in haec verba.

Humbertus Dalphinus

Viennensis Dux Campisarii Viennae Comes et Albonis Palatinus universis praesentibus et futuris, rei gestae notitiam et salutem, actibus progenitorum et praedecessorum nostrorum his praesertim quae nullius tertii damnum seu potius nostrae dominationis sublimitatem concernunt pariter et honorem consueuimus assensum et confirmationem nostros gratiosius impartiri.

Attento igitur et constito nobis per litteras inclitarum recordationum Dominorum humberti aui et Guigonis Germani Dalphinum praedecessorum nostrorum Viennensium ipsos Dominos humbertum et Guigonem Dalphinos universis et

singulis operariis et monetariis
et eorum familiae de juramento
imperii operantibus in eorum moneta
per totam terram eorum ac jurisdic-
-tionem et districtum omnes libertates
infra scriptas et franchisias con-
cessisse; videlicet

Quod ipsi operarii et monetarii
universi et eorum familia sint et
esse debeant per totam terram Dal-
-phinalem jurisdictionem et districtum
ab omni Tallia Tosta Complenta
Caluagata Exercitu, pedagio Excubio
Gayta et ab omnibus aliis universis
et singulis seouientibus et usagiis
liberi et immunes volentes et
praecipientes ipsi praefati Domini

Delphinali quod dicti operarii et monetarii et eorum familia in omnibus Casibus Exceptis tribus videlicet homicidio raptu et Combustione ignis debeant jus recipere Coram suis praepositis sigillatim et si plenum jus Coram praepositis suis in eisdem non possent invenire ad Custodiam monetae Dalphinalis possint plenarie appellare, Dantes Concedentes et Conferentes eisdem operariis et Monetariis et Eorum familiae per totam terram Dalphinatus quod ipsi seu Eorum alter vel Eorum familia quoquo modo vel aliqua ratione retentibus tamen tribus Casibus antedictis non possint nec debeant coram aliquo judice tam Ecclesiastico quam saeculari vel alia

quacunque persona conueniure per
aliquem seu aliquos nec in judicium
vocari, qui si essent de jure nec de
facto in tota terra Dalphinatus non
debeant coram ipso judice vel aliqua
quacunque persona exceptis suis
prepositis modo aliquo respondere, nec
etiam teneantur, quod si facerent
eorum responsio seu litis Contestatio
non valeat nec eis noceat in toto nec
in parte nisi coram suis prepositis
antedictis seu semper in omnibus
et per omnia ipsi operarii et monetarii
et eorum familia dictis tribus
Casibus exceptis recurrant ad suos
prepositos et jus faciant coram ipsis
recipiant vel eos dictum, volentes

siquidem dantes et Concedentes præfatis operariis quod si aliquis Extraneus manus suas in aliquem ipsorum injecerit violentas et injustè, et de hoc constiterit, quod idem incurrator venire nudus Cum Camisia et Brachiis ad misericordiam eorumdem habendam super delicto perpetrato teneantur? Insuper posuerint et receperint præfatos operarios et Monetarios et eorum bona et familiam eundo redeundo stando morando per totam terram Delphinatus et districtus eorum sub ipsorum et ipsorum fida Custodia Guidagio et Conductu mandantes et districte præcipientes omnibus baillivis judicibus Castellanis et aliis officialibus suis subditis quibuscumque

quatenus predicta omnia et singula
rata teneant atque firma
subsibentes eidem quod contra
predicta vel aliquid predictorum nihil
faciant vel facere attemptent
quoquomodo vel aliqua causa seu
etiam ratione et sic in predictis et
circa predicta dicti eorum subditi
se haberent quod propter eorum ne-
gligentiam defectum seu culpam
dicti operarii seu monetarii seu
eorum et familia damnum sustineant
vel gravamen nec ad eos nec
eorum occasione predictorum.
volentes tamen et precipientes quod
si aliqua operationum predictorum
eorum monetam pro alia moneta

Cudenda vel facienda dimittent quod
ille dimittens nonobstantibus supra
dictis non habeat franchisias et
libertates prædictas aut alteras
earumdem, sed et hoc casu illi
dimittenti easdem totaliter revocabunt
sicut hæc omnia nos prænominatus
humbertus modernus Delphinus
in Litteris seu Copia Litterarum
nobis exhibita sub autentico
sigillo Communis Curiæ Granopolis
et in publica forma redacta per
Petrum Pineti et antonium Gnaperii
notarios publicos sub eorum
signis solitis vidimus contineri.

NOS igitur dictus Dalphinus
prædictus omnes et singulas
libertates et franchisias et

immunitates, et privilegia exceptis
tribus Casibus prædictis; et salvo
et excepto quod nullus operarius
vel monetarius dimittens nostram
pro aliena Cudenda monetam hujus-
modi privilegiis gaudeat quæ eo
Casu dimittenti tollimus et cassamus
omnibus universis et singulis ope-
rariis et Monetariis et eorum
familiæ de juramento imperii
operantibus in monetis nostris
Dalphinatus confirmamus laudamus
et approbamus, et de novo damus
et Concedimus tenore præsentium
litterarum universis et singulis nostris
Baillivis judicibus Castellanis
officialibus quibuslibet terræ
nostræ tenore præsentium injungentes

ut dicta privilegia libertates et immunitates operariis et monetariis ac familiae eorum manuteneam custodiam et conservem, nec quisquam sub gratiae nostrae poena praesumat contrarium attemptare.

Datum Viennae sub annulo secreto una cum aliis nostris sigillis per Amblaodum. De Bellomonte juris civilis professorem protonotarium Dalphinatus die 28 mensis Julii anno Domini 1337.

Quibus visis Litteris &c. Datum in S.to Justo Lugdunensi die ultima mensis octobris anno Domini 1352.

Quas quidem Litteras &c.

&c. Datum Melduni mense 7bris anno Domini 1412.

Quas quidem Litteras et omnia et singula in præinsertis litteris contenta et declarata nos rata et rata habentes eas et ea laudamus Confirmamus et approbamus Ex nostra Certa scientia autoritate Regia et Delphinali et speciali gratia si et in quantum prædicti supplicantes rite et juste usi sunt et fuerunt, ac valere volumus perpetuo robore firmitatem per præsentes earum serie mandantes dilectis Gentibus nostris Parlamenti Gronopolitani, ac aliis justitiariis nostris Delphinatus aut eorum locatenentibus

præsentibus et futuris et Cuilibet ipsorum prout ad eum pertinuerit quatenus de Contentis in Litteris superius insertis prædictos supplicantes uti et gaudere pacifice faciant et permittant, facta in Contrarium revocent et adnullent, ac ad pristinum statum et debitum reducant aut reduci faciant indilatè. Quod ut firmum. &c.ª Datum Rothomagi Mense aprilis anno Domini 1485 et regni nostri 2.º sic signatum. Per Regem Dalphinum ad relationem Consilii Amp. Visa Contentor. Texier.